

QUÆSTIO XIV.

Firmo, ac stabili veritatis fundamento astructur sacellum in Monte-Carmelo deipara consecratum, ut verosimile sub titulo Conceptionis.

230. Lectiones deipara de Monte Carmelo restantur, quod Carmelita eidem purissima Virginis in eo Carmeli montis loco, in quo Elias illius typum conspexerat, sacellum edificaverint, quæ Lectiones multipliciter sunt approbatæ à sancta Sede Apostolica, & confirmatæ, ut ostendi q. 2. quia tanta, ac tam sublimi auctoritate satis firmæ, ac stabilitæ sunt. deinde adfunt pro hac re gravissimi Authores.

231. Primus sit Josephus Antiochenus vicinus temporis Apostolorum floruit anno à Nativitate Christi 130. in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Ecclesiæ cap. 11. & 72 sic ait, Prefectorum militum Christi Apostolorum Coadjutores surrexerunt Viri strenui sicut Solitarii, contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei sequaces, qui de Monte-Carmeli descendentes per Galiliam, Samariam & Palaestinam in fidem Christi constantissime sparserunt. Nota sequentia: Quippe Virginis Maria honore in Carmeli montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Marii specialissime servierunt, quæ verba habentur in Constitutionibus approbatis à Clemente VII. anno 1524 Aprilis. 2.

232. Secundo illustrissimus Archiepiscopus Hiberniæ Armachanus an. 1342. in quodam sermone, Conceptionis B. Virginis Mariæ de Carmelitanis inter alia ait, Illi Eremitæ predicantibus Apostolis inter ceteros sunt conversi, & in latere ipsius montis primo Ecclesiam, seu Oratorium in honorem Beatæ Mariæ Virginis construxerunt, & ob hanc causam Domina nostra primitus sunt adscripti, ut dicerentur fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte-Carmelo, ut refert Thomas Vvaldensis tom. 3. de Sacrament. titul. 9. cap. 87.

233. Trithemius de ortu, & laudibus Carmelit. c. 7. ait, Enim verò non dici potest Domini passionem crescente per Judæam fide Christiana fratres Montis-Carmeli Capellam in ejusdem montis latere in Dei genitricis honorem construxerunt. Idem habet Rodocus Clithoveus in quadam Concione pro Ordine Carmelitarum. Ecce valde antiquiores.

234. Deinde Doctor Navarrus tractat. de Horis Canonis cap. 21. n. 27. adducens Manuani versus, Didaeus Yespes Tiresonienis Episcopus in vita Sanctæ Theresiæ cap. 1. Alphonsus castarrul. in Compend. Privi eg. Mendicant. dum de Ordine Carmelitarum agit. Carolus Tapia in Authentice. Ingressi, verbo Monasterium cap. 17. n. 2. Joannes Carthagena tom. 4. homil. Homil. pro Carmelitanis lib. 13. Paulus Moriga de origine Religionis lib. 5. cap. 30. Hieronymus Plantus de bono statu Religioso lib. 2. cap. 22. n. 2. Laurentius Beyerlin. in Theatro vite humane lit. R. verbo Religiosus seu Religio cum de Ordine Carmelitano agit. 8. In lege autem. Reverendissimus Egidius Camarus Generalis Minorum de rebus Eliæ cap. 6. sect. 8. vel. 10.

Emmanuel Rodriguez tom. 1. 99. Regul. quæst. 2. art. 5. Ansbertus Miræus tract. de Ordine Carmelit. Hieronymus Rodriguez in Compend. resol. 23. Petrus Calv. dom. in defens. Religion. lib. 2. cap. 13. Ex sacra Societate Thomas Ferrarius in Historia

235. Joannes Je- rosol. D. Cyril. Vvald. Bacco. D. Mal. Giment. Olerius. Veneta. Grossus. Mant.

236. Italus. Pa. col. Muños. Lezana. Vineæ.

237. Bellar. Tones.

238. Paul. V. Urban. VIII. Clem. X. Innoc. I. Sacellum in Carmeli stabilis auctoritate.

239. Armach.

Imaginis de la Guardia. Doctor Idelphonf. de Flores In Ecclesiast. n. 1665. Doctor Josephus Andreas Decore Carmeli 33. alias 227.

Ex nostris Joannes Jerosolymit. de Institut. Monachorum cap. 36. alias. 43. D. Cyril. Constantino- polit. de processu Ordinis cap. 3. Thom. Vvaldens. modo citatus supra, perillustres Joan. Bacco Antiquus Author habetur in Speculo Ordinis c. 5. Joannes de Malinis vetustus author in Speculo Ordinis c. 6. Joannes de Cimento in Speculo Ordinis c. 4. Joannes Olerius Generalis pro quadam informatione Religionis ad Summum Pontificem art. 1. Joannes Vineæ in tractatu, qui incipit, Cum quidam fratres. Joannes Grossus in Vridar. o. Clavi. 1. Mantuan. lib. 3. Parthenices, & sic canit,

Propterea, Montana Viri spelæa colentes Audito illius fato sublime sacellum Apricis posuere jugis, atque quotannis Sacra instaurantes hymnos, & thura ferebant.

In eadem sententia est martinus Italus apud paleonydorom lib. 2. cap. 8. & ibidem ipse Paleonydorom michael Muños in propugnaculo Eliæ ad finem. Mag. Lezana tom. 2. Annal. in Appar. cap. 6. à n. 7. referens multorum Authorum verba. M. Daniel à Virgine Maria Vineæ Carmeli. c. 11. 3. n. 330. M. Bona Spes de Vision Eliæ disp. 3. dub. 3. fol. mibi 99. Et ego ipse tom. 1. in Evang. lib. 1. cap. 13. q. 2.

Hoc sacellum in Monte Carmelo multa, & magna auctoritate tam Ecclesiastica, quam Historica corroboratur, & stabilitur, Ecclesiastica, quia de prædicto sacello mentio in Lectionibus Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo, quæ Lectiones fuerunt examinatæ & approbatæ ab Eminentissimis M. Cardinalibus, Bellarmino, & Torres, qui tanquam duo luminaria magna fulgebant in Ecclesia Dei. Deinde prædictum Officium approbaverunt & recitandum concesserunt pro Carmelitis Sanctissimi Domini Paulus Quintus, & Urbanus Octavus, & etiam Sanctissimi Domini Clemens X. & Innocentius XI. concesserunt recitandum ab omnibus personis utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur pro Regnis Hispaniarum, portugalliæ Algrabrum, cum a splissimis suis dictionibus ab Oriente usque ad Occidentem. Deinde hæc sententia historica est stabilita auctoritate trigintaquinque Doctorum, ex quibus multi sunt antiquissimi, viginti extranei, quindecim ex nostris, & bonæ notæ, & cum hæc ita se habeant, nam defuerunt, qui scriberent, dicere Oratorium in Monte-Carmeli, est quid fictitium sine fundamento sit nomen Domini benedictum.

Duo hic maxime notanda sunt. Primum valde probabile est mihi, quod hoc primum sacellum à Carmelitis erectum fuit, ab eisque consecratum Virgini mariæ sub titulo Conceptionis; nam Elias in nubecula parva agnovit in typo deiparam puram, & immaculatam in sua Conceptione, in cujus honore adiculam construxit: ut ostendi supra quæst. 12. ubi cum cæteris Eremitis ejus laudes canebant, & cum in hac traditione retinissent filii Eliæ videntes, ac venerantes præsentem Virginem Sacratissimam, morem paternum sequentes, ac imitantes sacellum in honorem ejus Conceptionis edificaverunt.

Et quanto affectu tenebantur Carmelitæ ad celebrandum Conceptionis Mysterium Sacratissimæ Virginis declarat Richard Rodolphus Archiepiscopus Armachanus in sermone Conceptionis apud Vvaldens.

fem

Pallia alba ob puritatem Conceptionis. sem de Sacramental. titul. 9. cap. 89. ubi ait Archiepiscopus Vtique hanc illustrationem in suo ortu ille antiquus ordo suus Carmelitarum præterit in habitu, qui hoc festum ipsius Conceptionis singulariter solemnizat candorem habitus sui, ut existimo prudenter, & devotè referens ad hoc festum Si enim antiqui Carmelitæ alba pallia sibi assumunt ad celebrandam albedinem, ac candorem Conceptionis, quânto magis consequens est, ut Oratorium ab eis fabricatum esset totum ad mysterium Cõceptionis celebrandum.

Secundo nota, hoc Oratorium, seu sacellum dupliciter fuisse à Carmelitis ædificatum. Primum post Christi Ascensionem, secundo ad annum 83. de quo facit mentionem Joannes Jerosolymit. lib. de Institut. Monachorum. cap. 43. iterum reedificatum, vel quia primum injuria templum collapsum est, vel fortè sub Tito Vespasiano, qui anno Christi 69. destruxerunt jerusalem cum omnibus suis suburbanis, & ut aliqui Authores referunt, suum collocarunt exercitum in Monte-Carmelo, & destruxerunt omnia, & sacellum reedificatum est citato anno 83. ut notarunt D. Cyrillus de processu Ordinis, cap. 5.

QUÆSTIO XV.

Carmelita primi omnium edificaverunt templum in honorem Beatissimæ Virginis.

241. Hæc à Sacra Congregatione approbatis, ac confirmatis, ubi sic habetur; Ut primi omnium in eo Carmeli loco, ubi Elias ascendente nebulam Virginis typi insignem conspexerat, eidem purissima Virgini sacellum construxerint.

242. Probatur etiam ex Authoribus citatis superiori questione, Josephus Antiochenus lib. supra citato de perfecta Militia cap. 12. ait, Viri Prophetarum Eliæ, & Elisei sequaces, qui de Monte-Carmelo descendentes per Galiliam, & c. Constantissime sparserunt, quique Virgini Mariæ honore, in Carmeli Montis declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Marii specialissime servierunt. Omnia connectit conexione temporum. Armachanus supra citatus apud Vvaldens. de Carmelitis agens ait; Inter ceteros sunt conversi ad fidem, & in uno latere montis ipsius primo Ecclesiam, seu Oratorium in honorem B. Virginis construxerunt.

243. Trithemius citatus ait; Non diu post Domini passionem in latere Montis-Carmeli idem fratres Capellam in Dei Genitricis honorem construxerunt Carthagena citatus ait; Gravissimi Authores tradunt, nempe quia fratres Carmelita fuerunt primi, qui in Ecclesia Dei Templum, seu sacellum in honorem B. Virginis Mariæ erexerunt. Sic & ceteri Authores loquuntur.

244. Contra hæc objicitur, quia ut referunt omnes Annales Hispaniæ, Sanctissima Maria Virgo adhuc vivens Jerosolymæ apparuit insitens in columna B. Jacobi Casaraugustæ, & præcepit se ibi fieri Oratorium, seu Capella, quod à multis dicitur fuisse primum in toto Orbe.

245. Tamen facta temporum computatione res sic manifesta, à Apostoli à Jerosolymis ad suas Missiones, & Provincias anno Christi 37. sunt profecti, ut dixi ad cap. 12. Actor. quæst. 5. n. 30. Similiter D. Jacobus profectus est in Hispaniam anno Christi 37. tribus annis cum dimidio ab Ascensione Christi, quod ostenditur; quia Paulus in

sua Epistola ad Galatas cap. 1. n. 19. testatur, quod triennium post suam conversionem, quæ contigit anno Christi 35. se ascendisse Jerosolymam, & ex Apostolis solum vidisse Petrum, & Jacobum fratrem Domini, ergo tribus annis cum dimidio Jacobus erat in Jerosolymis, & adhuc non erat profectus in Hispaniam, ac proinde ad illam non accessit nisi post tres annos cum dimidio ab Ascensione Christi. Imo Doctor Bernard. de Britor magnus antiquitatum indagator tom. 2. monarch. Lusitan lib. 5. cap. 3. cum alii teneant, venisse in Hispaniam anno Christi 41. filii autem Eliæ facta prædicatione evangelica agnoscentes, & venerantes Sacratissimam Virginem more paterno eidem statim Oratorium consecrarunt ut tradunt Authores modo supra citati non diu post passionem.

246. Proh quantum, & sublime eorum meritum, qui primi omnium dedicaverunt Deo altare, & templum, Transacto diluvio benedixit Deus Noë, & filiis ejus super omnia, quæ dederat Adamo, dans eis, ut notant D. Ambrosius. D. Augustinus. Hilarius, & alii, Omne, quod movetur, & vivit erit vobis in cibum, quasi olera venientia, tradidi vobis omnia, Genes. 9. n. 3. Dantur ei carnes in cibum, & quod totum mundum repleat, & promissione facta quod amplius non erit diluvium, & in hujus rei firmitatem datur ei signum, Arcum meum ponam in nubibus. Unde illi tantum meritum ut tantam recipiat mercedem, ait Textus Primus, Edificavit Noë Altare Domino tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Genes. 8. n. 20. quod altare non legitur fecisse, nec Abel, nec Adamum, quamvis Deo sacrificaverint pro beneficiis acceptis, sed primus extitit Noë, qui ad Dei honorem erexit Altare quod maxime gratum extitit Deo, ut pro mercede omnem benedictionem ei contulerit, quod Claudius Marius lib. 3. in Genes. canit.

Non prius officii quicquam servatur inire Constituit, quam sacra Deo, laudisque rependat, Cratæque evaso referat discrimine Noë Mox noveo sacra exurgunt altaria saxo. Agnovitque hac prima recens Altaria saxo.

Facit Deus Davidi illam magnam, & supremam omnium benedictionum benedictionem, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Psalm. 131. num. 11. Promittitur Christus Dominus è semine tuo, quo nullum aliud majus donum poterat excogitari, quam quod Filius Dei fieret Filius Davidis, & quoniam merito ad tantum donum evectus est? In Abrahamo legitur illud præclarum, & magnum opus, ut pro pei obsequio suum primogenitum, quem diligebat, offerret ei in sacrificium, Genes. 22. n. 16. At in Davide quid relucet, ut tanto dono resplendeat, imò in serie generationis Davidis proponitur Abrahamo, Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abrahami.

Matth. 1. n. 1. Unde ergo David in tam altum sublimitatis apicem evehitur? Recole eundem Psalmam 131. n. 4. Si dederò somnum oculis meis, & palpebris mei dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Id est, ut explicat Eusebius, & Rufinus, nec die, vel nocte habeam ullam requiem, donec erigam, & ædificem templum, & tabernaculum Deo Ecce magni illius & præclarum meritum. Primus extitit David, qui inter omnes toto animi affectu templum intendit construere & tabernaculum Deo, tantum sublimatur, ut pro mercede accipiat, ut in sanguine ejus Deus faciat

R 3 tabernaculum



Incogn. tabernaculum filio suo. Noster Incognitus: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, istam exaltationem humani generis promisit Deus ipsi Davidi, qui domum fecerat Domino.

Textus. Ad novum vero sacellum saepe quotidie convenientes ritibus piis, precationibus, ac laudibus. Beatissimam Virginem, velus singulam Ordinis tutelam colebant. Quamobrem fratres B. Maria de Monte-Carmelo passim ab omnibus appellari ceperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmaverunt, sed indulgentias pecuniarias eius, qui eorum titulo, vel ordinem, vel fratres singulos nuncuparent, concessere.

EXPOSITIO.

248. Constructo, & aedificato templo Carmelita, multique alii devotissimi Sacratissima Virginis conveniebant ad laudes celebrandas, offerentes thura, & alia cultus monumenta canentes Hymnos & Psalmos, multis effusis precibus, & multoties die, ac nocte sequentes Parentis Eliae exemplum, qui postquam habuit in nubecula parva illam Beatæ Virginis visionem, ipse Elias cum filiis, ut ex multis testatur sapientissimus doctor fr. Leo à D. Thoma Primarius Sacræ Theologiæ Lector in Regia Comimbriensis Academia, Benedictinus in prima parte suæ benedict. præludio. 1. §. 1. quod in quadam Carmeli Montis concavitate, mane, vespere, & meridie conveniebat ad laudes Dei decantadas.

QUÆSTIO XVI.

De Augustissimo, & magnificentissimo nomine Virginis Maria de Monte Carmelo.

249. U T jam alibi notavi ex D. Methodo lib. 1. de Virg. qui ait: Varia sunt nomina quibus Sanctissima Virgo ab omnibus appellatur. Quibus ejus tributalia dona quibus hominibus subvenit, designantur, & hac de causa dicitur Virgo Sanctissima pietatis, misericordiae, consolationis, mercedis & similibus at quod dicitur Regina Carmeli, à nullo in alio datum est hoc nomen ei, nisi tantum ab Spiritu S. Caput tuum, ut Carmelus. Cant. 7. n. 5.

Passim mandatur Joanni in Apocalypsi: Scribe que vidisti cap. 1. n. 11. & 19. & Angelo Ephesi, & Angelo Smyrnae scribe, cap. 2. n. 1. & 8. & sic multoties: at cum venitur ad scribendum nomen dei, & Civitatis Jerusalem ait Christus D. Scribam super eum nomen Dei mei, & nomen Civitatis Dei mei novæ Jerusalem. Apoc. 3. n. 12. & cætera, & valde magna, quæ pertinebant ad Ecclesiæ regimen mandantur Evangelistæ scribere, & denuntiari, cur vero nomen Dei, & Civitatis Jerusalem literis mandandum sibi Christus appropriat ac reservat: Sunt quædam, quæ ab humano intellectu capi, & intelligi possunt, sunt tamen alia adeo excelsa, & sublimia, ad quæ mens humana evolare nequit, & solum ab infinita Dei scientia comprehenduntur, & si alia concedantur homini scribi, non tamen altiora, quæ solum à Deo infinitum dei intellectum continent. Ansbertus Abbas ait: Solus ille agnoscit que sunt Dei, & Spiritus Dei: Nomina Virginis Victoris, Salutis, & Vitæ imponantur, & dicantur ab

hominibus, at nomen Regine Carmeli, cætera omnia excedit, & transcendit ut ejus magna solium infinito Dei lumine comprehendantur, & ab eo dicantur: Caput tuum ut Carmelus. 251. Hanc celsitudinem Regine Carmeli prævidens Deus in primo mundi molimine creavit montem Carmelum sublimiorem, ac excelsiorem super omnes Judææ montes, ut notat Theodoretus ad citata Cantic. verba, Caput tuum ut Carmelus, & licet ait, Sicut Carmelus suo capite eminet super cæteros Judææ montes, sic Sanctissima Virgo capite omnium virtutum extollitur, & sublimatur super cæteras omnes puras Creaturas. Mens Carmeli super omnes Judææ montes, sic nomen Regine Carmeli super extollitur ac sublimatur super omnes ipsius Virginis appellationes, v.g. pietatis, vitæ salutis, ac bonæ mortis, quæ omnes nomen claturæ desumuntur ab illius donis, & virtutibus, quibus maxime refulget.

Secunda excellentia nominis Regine Carmeli existit primum illius nomen Scriptor Canonicus ait Gen. 1. In principio creavit Deus, in Habræo legitur Elohim: id est Judices, & in scriptura hoc est primum ei nomen & observant Tertullian. lib. 2. adversus Marcion. cap. 12. Cajetan. ibi, & ex tantis Dei nominibus, hoc est primum dei nomen. Ufusque lect. 3. ait. Quamobrem dicerem. Ufusque. In quo recapitulatur casus.

252. Secunda excellentia. In principio creavit Deus, in Habræo legitur Elohim: id est Judices, & in scriptura hoc est primum ei nomen & observant Tertullian. lib. 2. adversus Marcion. cap. 12. Cajetan. ibi, & ex tantis Dei nominibus, hoc est primum dei nomen. Ufusque lect. 3. ait. Quamobrem dicerem. Ufusque. In quo recapitulatur casus.

Præclarum sanè fundamentum, sicut primum Dei nomen denotat omnes illius attributales perfectiones sic & primum nomen Regine Carmeli omnia secum involvit dona, ac nomina, quibus nobis succurrit ad decantandam, ac declarandam supremam Virginis Mariæ magnificentiam in suis donis, ac favoribus confertur, ac comparatur cum illustrioribus arboribus, & plantis totius Judææ, & ait, Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio Rosa in Jerico, quasi oliva speciosa in campis; & quasi plantanus exaltata sum supra aquam. Ecclesiastic 24. num. 17. Describuntur fructus, quos per nobiliora loca, proferebant illustriores arbores, Cedrus, Cypressus, Palma Rosa, Oliva, Platanus, & quid proferat Carmelus non dicitur, nec scribitur, merito sanè referuntur, quæ particularia germinant, At Carmelus, ut pote fertilissimus, & abundantissimus omnia suppeditabat, omnibusque impinguabatur, Sicut Cedrus in Libano, qui ob incorruptibilitatem denotat fortitudinem, Sicut Cypressus in monte Sion. Tendens in Cælum per contemplationem innuens: Sicut palma in Cades. Victorix in tentationibus, Quasi Rosa in Jerico, gratiarum dono lætificans, Quasi Oliva in Campis, dans nobis pacem: quasi plantanus exaltata sum, ramis, & foliis protegens, ac defendens à calore, ac frigore, si hæc omnia germinabantur per varios montes, & campos Judææ, & tamen suprema Regina Carmeli universa

hominibus, at nomen Regine Carmeli, cætera omnia excedit, & transcendit ut ejus magna solium infinito Dei lumine comprehendantur, & ab eo dicantur: Caput tuum ut Carmelus. 251. Hanc celsitudinem Regine Carmeli prævidens Deus in primo mundi molimine creavit montem Carmelum sublimiorem, ac excelsiorem super omnes Judææ montes, ut notat Theodoretus ad citata Cantic. verba, Caput tuum ut Carmelus, & licet ait, Sicut Carmelus suo capite eminet super cæteros Judææ montes, sic Sanctissima Virgo capite omnium virtutum extollitur, & sublimatur super cæteras omnes puras Creaturas. Mens Carmeli super omnes Judææ montes, sic nomen Regine Carmeli super extollitur ac sublimatur super omnes ipsius Virginis appellationes, v.g. pietatis, vitæ salutis, ac bonæ mortis, quæ omnes nomen claturæ desumuntur ab illius donis, & virtutibus, quibus maxime refulget.

QUÆSTIO XVII.

Arguitur, & reprobat quidam fabulosus dicendi modus de origine nominis fratrum Virginis de Monte Carmelo.

253. A liqui somniant, ut astruerent nos dici fratres Mariae Virginis de Monte-Carmelo à S. Brocardo, qui floruit circa annum 1200. hoc proferunt absque Authore, fundamento, ac ratione, vel conjectura, sed tantum ex suo affectu, & qualis ille sit, Deus videat.

Et ad eorum ora obturanda sufficiebant præsentis lectionis officii Divini multoties à Sancta Ecclesia Romana visæ, examinatae, approbatae, ac confirmatae, in quibus aperte dicitur, quod hoc nomine insigniti sumus vivente adhuc Sacratissima Virgine, quam ut singularem Ordinis patronam colebant, quæ ob rem fratres B. Maria de Monte-Carmelo ceperunt passim ab omnibus appellari. Et ad hujus rei confirmationem poterant referri multæ fundationes multorum conventuum per instrumenta authentica, in quibus sit mentio expressa hujus nominis fratrum B. Mariae de Monte Carmelo, brevitate gratia tamen propono diplomata summorum Pontificum, quæ ab omnibus fidelibus summè debent venerari.

Stephanus V. floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Adrianus II. anno 868. Sergius III. anno 907. Joannes X. anno 913. Joannes XI. anno 931. Alexander II. anno 1091. qui omnes Summi Pontifices concesserunt multas, & varias indulgentias visitantibus Ecclesiis fratrum Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo in certis, & peculiaribus festivis diebus, vel dantibus elemosynas fratribus Ordinis Beatissimæ Virginis de Monte-Carmelo, quas concessionis Apostolicas refert Sixtus IV. in sua Bulla secunda pro Religione Carmelitarum, quæ incipit, Dum attendo, quod gloriosissimo & etiam eas refert Gregorius XIII. in sua Bulla ut laudes, quæ habentur authentica in nostro Conventu Transpontino & in hoc Ulyssiponensi Carmelo, & in Bullariis Carmelitarum Discalceatorum. fol. 117. & fol. 326. apud Bull. Rodrigues.

Has omnes Summorum Pontificum antiquorum constitutiones refert, & approbat, & confirmat Sanctissimus Dominus Clemens. in sua Bulla data pro Carmelitis año 1673. die 8. Maii, ex quibus aperte constat, quod sex summi pontifices ante annum millesimum nos vocant fratres Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte-Carmelo, & Stephanus V. & Leo IV. fere per quadringentos annos ante Brocardum tali magnifico nomine nos condecorarunt, & per lectiones B. virginis de monte-Carmelo multoties à Sede Apostolica approbatas constat nos tali nomine gaudere à tempore Apostolorum ac primitivæ ecclesiæ. Unde recte ait Jodocus Clitoveus in quadam concione, Nomen sibi vendicant fratres B. Maria, qui quidem titulus non novus est, neque arbitraria recentiorum institutione sed Apostolorum tempore illi adscriptus Ex quibus advertant Auctores omnia caute, & cum multa indagine scribere timeant id, quod ait Menochius de Menoch. arbitraris, nulla major injuria Authoribus, quæ quod mendaces, ac falsi deprehendantur.

Mich. 7. Theod. Corneli. 254. Isai. 32. Isai. 11. Plat. 16. Omnia virtutum cumulus in Carmelo. 255. Isai. 35. Regine Carmeli elev. ad visum Dei. 3. Reg. 18. D. Aug. Joan. 1. 2. 7. 1. Reg. 25. D. Bon. Gen. 27. Lahay. Regine Carmeli: valde potens ad mitigandum iram Dei.

fecundabat, & parturiebat in suo monte Hæc prævidens Propheta Michas cap. 7. n. 14. obnixè exorabat Deum, Pæce populum in virga tua, in medio Carmeli, & ait in Virga tua Theodoretus divina Providentia in medio Carmeli, ut potè largienter affluentis omnia, ut explicat D. Hieronymus, ita ut dicat Cornelius. Symbolum fertilitatis, ac abundantiae, & nominat etiam Propheta, Basan, & Galaad, qui à Carmelo participabat.

Id ipsum confirmatur ex Isaiâ 32. n. 15. Habitat in solitudine, iudicium, & iustitia in Carmelo sedebit: quem locum supra explicans q. 12. n. 163 per iustitiam denotatur in Scriptura omnium virtutum amplitudo Isai. 11. n. 5. Erit iustitia cingulum lumborum e. us. Pl. 26. n. 15. Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo. Hæc autem omnium virtutum copia sedebit in Carmelo. Ibi omnium virtutum nexus perdurans, & consistens, ut indicat verbum sedebit.

Tertia excellentia nominis Regine Carmeli secum importat summum bonum, supremamque felicitatem, nempe visionem Dei considera, ac expende textum, Datus est ei decor Carmeli, & Saran ipsi videbant gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Isai 35. n. 2. Cui enim datur decor Regine Carmeli elevatur ad supremum donum, ad videndum gloriam & pulchritudinem illius Divinæ majestatis, & nota, quod eodem nomine, ac verbo quo dicitur, & explicatur elegantia, ac pulchritudo Regine Carmeli, exprimitur, ac declaratur Dei gloria. De Virgine appellatur. Decor Carmeli. Gloria Dei acclamatur. Decorem Dei nostri maxime Sanctissima deipara Deo adhæret, de illoque in omnibus participatur.

Orans Sanctissimus Parens Elias in monte Carmelo, Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 18. n. 44. In nubecula sese ostendebat Sacratissima Virgo Maria, ut est communis sententia, quasi vestigium hominis, Christus Jesus, ut tenet D. August. citatus supra q. 12. valde enim consequens erat, ut ubi Maria Virgo apparebat secum dilectissimi Filii sui Jesu Christi representationem asportaret, Vidimus gloriam ejus quasi unigenitum à Patre. Joan. 1.

Quarta excellentia nomen Sacratissimæ Virginis de Monte Carmelo efficacius, & fortius ad impetrandum, quam sub quocumque alio nomine cum ob contumeliosa, & incomposita Nabalis verba iræ & indignatione exarsisset David, ut ipsum, totamque ejus familiam perdere decrevisset, audiens Abigail occurrens de Monte-Carmelo, deprecansque Davidem statim ejus, militumque furor pacavit, dixitque ei David, Vade pacifice in domum tuam. ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam. 1. Reg. 25. n. 35. quod ita quiesceret furor david non provenit ex ipsa Abigail, sed ex ipsa Maria Virgine, quam representabat. Ita ait D. Bonaventura in speculo cap. 13. Abigail mansuetam Mariam significat. At etiam Rebecca de suorum filiorum salute valde sollicita agens adumbrat sanctissimam Deiparam, ut ex Petro damiano probat Joannes Lahay cap. 2. Genes. vers. 46. n. 240 & non valuit mitigare indignationem filii sui Esau adversus fratrem Jacob, & Abigail potuit compescere rabiem Davidis illiusque exercitus, cum essent extraneæ, Rebecca innuebat Virginem in multis, & magnis operibus suis, at Abigail cum esset de Monte-Carmelo virginem Carmelitam denotabat & ideo ob excellentiam ac præstantiam tãti nominis super cætera omne quod intendit, impetrat & assequitur.

Quarta excellentia nomen Sacratissimæ Virginis de Monte Carmelo efficacius, & fortius ad impetrandum, quam sub quocumque alio nomine cum ob contumeliosa, & incomposita Nabalis verba iræ & indignatione exarsisset David, ut ipsum, totamque ejus familiam perdere decrevisset, audiens Abigail occurrens de Monte-Carmelo, deprecansque Davidem statim ejus, militumque furor pacavit, dixitque ei David, Vade pacifice in domum tuam. ecce audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam. 1. Reg. 25. n. 35. quod ita quiesceret furor david non provenit ex ipsa Abigail, sed ex ipsa Maria Virgine, quam representabat. Ita ait D. Bonaventura in speculo cap. 13. Abigail mansuetam Mariam significat. At etiam Rebecca de suorum filiorum salute valde sollicita agens adumbrat sanctissimam Deiparam, ut ex Petro damiano probat Joannes Lahay cap. 2. Genes. vers. 46. n. 240 & non valuit mitigare indignationem filii sui Esau adversus fratrem Jacob, & Abigail potuit compescere rabiem Davidis illiusque exercitus, cum essent extraneæ, Rebecca innuebat Virginem in multis, & magnis operibus suis, at Abigail cum esset de Monte-Carmelo virginem Carmelitam denotabat & ideo ob excellentiam ac præstantiam tãti nominis super cætera omne quod intendit, impetrat & assequitur.